



**Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

IV. Christus mittit duos de discipulis ad parandam coenam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

Hosanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis. Et cum intrasset Hierosolymam commota est universa ciuitas dicens. Quis est hic? populi autem dicebant: Hic est Iesus propheta a Nazareth Galilae. Et intravit Iesus in templum Dei & euiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis. Scriptum est, domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Similia Marc. 11. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Et Luc. 19. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. Sic Ioan. 12. 12. 13. 14. 15.

## CAPVT IV.

Christus mittit duos de discipulis ad parandam cœnam,  
& valedicit matri.

**F**IGVRAE. 1. Rebecca occurrit cum hydria aquæ famulæ Abrahæ quærenti sponsam filio suo. Genes. 24. 41. 42. 43. 44. 45. 46.

2. Dum Saul quærit Samuelem occurrunt pueri haurientes aquam in ipso ciuitatis ingressu quem Samuel solenni adhibet cōuiuio, & sequenti die in Regem vngit. 1. Reg. 9. 11. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

3. Valefaciente Tobia parentibus, flent parentes. Tob. 5. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. Tunc paratis omnibus quæ erant in via portanda, fecit Tobias vale patri suo, & matris sua, & ambulauerunt ambo simul. Cumq; profecti essent, cœpit mater eius S flere

flere & dicere: Baculum senectutis nostra tulisti &  
transmisisti a nobis. Nunquam fuisset ista pecunia  
pro qua misisti eum: sufficiebat enim nobis paupertu  
nostra, ut dimitias computaremus hoc quod sudeba  
mus filium nostrum. Dixit q<sub>3</sub> ei T<sub>3</sub>obias. Noli fure,  
saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad  
nos, & oculi tui videbunt illum. Credo enim quod an  
gelus Dei bonus comitetur ei & benè disponat omnia  
qua circa eum geruntur; ita ut cum gaudio reuertar  
tur ad nos, Ad hanc vocem cessavit mater umbras  
& tacuit. Accomoda matri valedicenti Christo  
Domino.

VERITAS. Marc. 14. 12. 13. 14. 15. 16. Et  
primo die Azymorum quando pascha immolabant,  
dicunt ei discipuli: Quo vis eamus, & paremus ibi  
ut manduces Pascha? & mittit duos ex discipulis  
suis, & dicit eis. Ite in ciuitatem, & occurre vobis ho  
mo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum. & quo  
cunq<sub>3</sub> introierit dicite domino domus, quia magister  
dicit, ubi est refectio mea, ubi Pascha cum discipulis  
meis manducem? Et ipse vobis demonstrabit can  
culum grande stratum, & illic parate nobis. Esse  
runt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & inca  
nerunt sicut dixerat illis, & parauerunt Pascha. Si  
milia Matth. 26. 17. 18. 19. Luc. 22. 7. 8. 9. 10. 11.  
12. 13. Venit autem dies Azymorum, in quanore  
erat occidi pascha. Et misit Petrum & Ioannem au  
cens. Euntes parate nobis pascha ut manducemus.  
At illi dixerunt: ubi vis paremus? & dixit ad eos  
Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret u

bis homo quidam amphoram aqua portans: sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi Magister. Vbi est diuersorum, ubi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum, & ibi parate. Euntes autem innuerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha.

## CAP V.

De ultima cœna quam Christus cum discipulis sumpsit.

**F**IGVRÆ. 1. Paratur mensa panum propositionis. Exod. 25. 23. Facies & mensam de lignis setim habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissim. Vers. 30. Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.

2. Miphiboeth comedit panem in mensa Dauidis semper. 2. Reg. 9. 6. 7. 8.

**P**ROPHETIAE. Psal. 22. 5. 6. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum; & calix mens inebrians quam præclarus est? & misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vita mea. Psal. 127. 4. Ecce sic benedicitur homo qui timet Dominum. Proph. 9. 1. 2. Sapientia adificauit sibi domum, excedit columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Isai. 46. 3. 4. Vsq; ad senectam ego ipse, & vsq; ad canos ego portabo, ego feci, & ego feram: ego portabo & saluabo. Ibidem capit. 63. 8. 9. vt fol. 110.

S 2

Osee